

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prosperitas i
cum fonte primo

Sancti uiri cum sibi suppetere prospera
huius mundi conspiciunt, pauida
suspicione turbantur. Timent enim ne hic
laborum suorum fructus recipiant; timent
ne quod diuina iusticia latens in eis
uulnus aspiciat et exterioribus eos
muneribus cumulans ab intimis repellat.

Gregorius libro V. moralium.

Quia ergo inter diuina iudicia graui
incertitudinis suae caligine humana mens
premitur,

sancti uiri cum sibi suppetere prospera
huius mundi conspiciunt, pauida
suspicione turbantur. Timent enim ne hic
laborum suorum fructus recipiant; timent
ne quod diuina iustitia latens in eis
uulnus aspiciat et exterioribus eos
muneribus cumulans, ab intimis repellat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 5, 1
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.218,
ll.16-22).